Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

λερίαν εἰς τοὺς δικαστὰς Χανίων, ζητῶν τὴν ἐκτέλεσιν τοῦ συμβολαίου, εἴτε λαμβάνων τὴν κατοχήν, εἴτε τὸ πρόστιμον. Ἐννοεῖται ὅτι οἱ δικασταὶ ἐπὶ τῇ βάσει τῶν ἐγγράφων κατεδίκασαν τὴν Ἀντζολερίαν εἰς τὸ πρόστιμον τῶν δύο χιλιάδων ὑπερπύρων. Αὕτη ἀναφερομένη εἰς τὴν Γερουσίαν διὰ τὸ προσγενόμενον αὐτῇ ἄδικον ζητεῖ τὴν ἀναθεώρησιν τῆς ἀποφάσεως. Ἡ Γερουσία ἀναθέτει εἰς τὸν Δοῦκα καὶ τοὺς Συμβούλους Κρήτης, ὅπως τελεσιδίκως ἀποφασίσωσιν, ἀφ' οὗ ἐξετάσωσι τὰ διαμαχόμενα μέρη καὶ τοὺς δικηγόρους των. 1336, Φεβρουαρίου 15.

14

Ἔγκρισις πιστώσεως ὑπερπύρων χιλίων πρὸς ἐπισκευὴν τοῦ ναοῦ τοῦ Ἁγίου Μάρκου ἐν Χάνδακι. 1336, Φεβρουαρίου 16.

F° 46to N° 387. Millesimo trecentesimo xxxv, die xv Februarij.

Ad litteras Crete.

Capta. Super eo namque quod significatum est per ducham et consiliarios Crete de ecclesia Sancti Marci Candide, quam sic partim ruinatam persistere procul dubio non est honor ducalis dominij, neque bonum cum cotidie paulatim amutatur deuotio gentium habita in ipsam ecclesiam. Consulunt predicti sapientes quod ob reuerentiam Euangeliste gloriosi Marci dentur de hinc duche ituro nuper yperpera mille, que ponantur in aptatione dicte ecclesie ut uidebitur oportere. Et pro eo quod defficeret accipiatur de introitu communis nostri Crete ad furniendum negocium ut duche et suo consilio uidebitur. Et scribatur duche et consiliarijs presentibus quod interim apponant curam ad ipsam ecclesiam ne de ea sinistrum aliquod ualeat euenire; cum de nostra intentione sit per ducham iturum ipsam facere reparari.

15

Ὁ Δοὺξ καὶ οἱ Σύμβουλοι Κρήτης ἐζήτησαν τὴν ἀποφυλάκισιν ἢ τὴν ἐξορίαν τῶν ἐν ταῖς φυλακαῖς Χάνδακος κρατουμένων υἱῶν τοῦ Βάρδα Καλλέργη ἐπαναστάτου καί τινων καλογήρων. Ἡ Γερουσία ἀπορρίπτει τὴν αἴτησιν ταύτην. 1336, Φεβρουαρίου 15.

F° 46to N° 388. Millesimo trecentesimo xxxv, die xv Februarij.

Capta. Insuper ad factum filiorum capitum proditorum et cuiusdam calogeri quondam fratris Uarde Kaleregi proditoris carceratorum Candide, de quibus ducha et consiliarij petunt habere Ducalem responsionem cum de ipsius sint aliqui a modo facti iuri non uidetur bonum relaxare aliquem eorum, aut facere eos habitare extra insulam, uel aliter eos bannire, quia modicum differet esse ipsos in insula, et esse expulsos de ea. Sed melius est propter bonum statum terre et in exemplum aliorum, et sic consulunt sapientes omnes predicti, quod scribatur duche et consiliarijs, quod sic ipsos debeant in carceribus conseruari, nec inde modo aliquo liberare donec per ducalem magnitudinem eis aliud datum fuerit in mandatis.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ